

Sinistri casus ferendi, & corrigendi.

EMBLEMA XLIV.



*Tessera dum sortem removet, non lusor in iram
Ardet: sed doctus providet arte lucrum.
Aspera quando tibi, Princeps, Fortuna resistat,
Non vi, non Iris, arte caveto mala.*

COMMENTARIUS.

HIS Prudētiæ, Patientiæ, & opportuniæ Dissimulatio-
nis dotibus, ac virtutibus, quibus nostrum optamus
Principem splendere, affinis, ac pedestra est, esseq;
semper debet, FORTITVDO, quæ à Cicerone, Ani-
mi affectio definitur, in adēdo periculo, labore do-
loreq; patiendo, & contemnendo & sinistris fortunæ
casibus, non solum magnanimiter perferendis, verum, & resistendis,
ac corrigendis.

Cuius vestigijs inhærens Seneca, eandem, contemtricem timen-
dorum appellat, terribiliaque, & sub iugum libertatem nostram mit-
tentia, despicientem, provocantem atque frangentem. Et Hora-
tius, illum demum esse iustum, & sapientem virum inquit, qui

*Rebus angustiis animosus atque
Fortis apparet: sapienter idem
Contrahit vento nimium secundo,
Turgida vela.*

Cicer. de invent.
& 1. offic. & in
Tusculan.

Senec. epist. 89.

Horat. lib. 2. od.
10. idem eod. lib.
od. 3.